



Hung. VI 6

207









Ung VI 6

Compingendum cura-  
vit fisci sumibus  
Petrus Madacs  
An. 1762. h. t. re  
Bibliothecarius,  
& quidem, ut tum e-  
rant tempora, ingenti  
pretio.

Aulæa

*Subscriptus II. 2549*

*Anagrammatico - Metrica*

*in Nuptiis Honoratissimis,*

NOBILIS ET PRÆCLARI VIRI,

D. FONÆ SPILLENBERGERI,

In Lib. ac Reg. Civitate LEVTSCHOVIA,

Civis & Apothecarij percelebris,

secundum Sponsi,

&

Nobilis Lectissimæq; Fæminæ, Dnæ

CATHARINÆ,

*Genere Koblynskie,*

Nobilis autem & Præstant. Viri, Dn.

*Michaelis Grefij, Civis & Senatoris quond. ibid. relicte*

*Vidua secundum Sponsa,*

die XVI Febr. Anni M DC. XLVIII.

solenniter celebratis,

*In Amicitia fraternæ Symbol. contexta*

*& appensa*

Per

IOHANNEM SERPILIVM

Eccl. Caismarcen. Pastorem & Fraternalitatis ad Inferi-

orem FL. Poprad. Seniore.

---

*LEVTSCHOVIAE Typis Breverianis.*

iste rotund bon A Nnulus  
cuncta bon nnebat ue  
Sors bona Sponsus ferie  
connebtus





# Jonas Spillenbergerus

## Anagramma

I In Spe urgens labores.

*A* Speriùs premit, unius modò membra fatigans,  
Partitum leviùs sed toleratur, Onus.  
Conjuge, Sponse, tibi Sors durior obtigit orbo,  
Quam lenit, Supplens jam CATHARINA vicem.  
I placitos Urgens in Spe fervente labores,  
Succedent gratà non sine frugè tibi.

I I

Plangis onus? re liber es.

*Adhuc, quod nimium tibi molestum  
Fuit, plangis onus frequente questu,  
Spillnbergere? satis puta esse factum:  
Re jam liber es ipsa: amica Sponse  
Nam te sublevat usque & usque cura:  
Hac tractabit opus domùs colùsque  
Fusum volvet & abdet expeditè  
Spillnbergeria facta, ô auspicatò.*

I I I

*Jonas Spillenbergerus, Apothecarius Leutschoviensis.*

*Anagr.*

*En! post tenebras, pulchrâ Solis luce inviseris: oh vigeas!*

*Non semper imbres nubibus obsitos  
Manant in agros: cæca nec obruit  
Nox semper orbem: sed serenans  
Aëra Sol referensque lucem,  
Ortu vicissim desuper aureo,  
Solum intuetur. Consimilis manet  
Plerunque Mortales in orbe  
Conditio atque vicissitudo:  
Dum Iova, sancto pro placito, solet  
Probare miris & variis modis,*

A 2

*Mentes*



*Mentes piorum, mæsta lætis,  
 Gaudia tristitia inferendo.  
 Expertus hoc sis qualiter ipsemet,  
 Non attinet nunc dicere: Lacryma,  
 Ob optima funus Marita,  
 Et mera Nox simul occuparant  
 Vultum domumque! & terribilis furor  
 Quid non Podagra conglomerauerat  
 Mali? sed istas post tenebras  
 Et pluviam lacrymarum amarans  
 En! luce Solis pulchrâ & amabili  
 Inviseris, per Connubij Bonum,  
 Quo te Jehova mactat almi  
 Alma Faventia perbenignè.  
 Oh! Sponse felix hoc vigeas bono  
 Seros in annos! transeat omnium  
 Moles malorum, versa veram  
 Inque meram tibi faustitatem.*

IV

*Jonas Spillenbergerus Apothecarius Leutschoviensium  
 Anagram.*

*In Conjugio salvus serveris: multo pane replebis thecas,  
 Uxorem quicumque Virum sibi comparat aptam,  
 Possessiones incipit  
 Constituisse suas;  
 Cui non est sepes pratensa tenaciter, omnis  
 Possessio disrumpitur:  
 Vir, sine Conjuge agens,  
 Sedibus incertis errat, patiturque vel uno  
 Rei sue domesticæ  
 Plurima damna die.  
 Ergò facis rectè, J O N A, tibi lege jugali  
 Fidam vicissim Conjugem  
 Associando piè.*

Hoe

Hoc in Conjugio serveris salvus, ut opto  
Sinceriter! domesticis  
Usibus apta feres  
Et thecas multo replebis Pane, Maritam  
Nactus, priori haud (quod bene  
Ominer!) absimilem.

V

Ex Sponsa Proprio & gentili Nomine  
CATHARINA KOBLYNSKIA  
Anagram. pro kk, cc posit.  
Nobilis carina accita:

Solertem Oeconomam, probè

Depingit Genitrix Regia: Navi eam  
Prov. 31. Conformando oneraria,  
Quæ merces varias advehit, ubere  
Cum fructu. Similem tuo,  
Fona, olim dederat Conjugio DEUS,  
Quæ surrepta tibi, tuam  
Liquit clade Domum non sine plurima.  
Hoc ipsum querulatus es  
Mærens hætenus. At nunc animos novos  
Gaudens indue! Nobilis  
Namque accita Carina est iterum tibi,  
Defuncti è Grefii domo  
Evax. jam poterunt pondera plurima  
Curarum, è gremio tui  
Cordis, commodè in hanc exonerarier  
Rursus resque domestica  
Incrementa per hanc percipiet nova;  
Hæc sulcare suaviter  
Pontum Conjugii noveris: at cave  
Ne forsam valido minus  
Fias remigio ludibrium: Sat est.

CHRONODISTICHON.

Vt DeCIMO sexto FebrVarIVs asper In ortV  
EnltVI, Ionæ Sponsa petIta VenIt.



• Anagramma Germanicum.

Zonas Spillenberger / Bürger vnd Apothecker  
in der Freyen = Stadt Leutschaw.

Hieraus kompt / durch versetzung aller Buchstaben / dieser Spruch /  
Der HErr Iesus giebet in der Pein stercke / nach plag vnd trübsalen / wolfart.  
Erklärung.

**S**ie sind wir Menschen doch so gar mit Creus umbgeben!  
Wer lebet in der Welt / der gänzlich solte schweben  
Ohn' alle Wiederwertigkeit /  
In steter Freud vnd Herrlichkeit?  
Jedoch find sich das Creus ietzt mehr bald wider minder /  
An einm vnd andern ort / nach dem Gott seine Kinder  
Hart oder lind angreifen will /  
Durch sein gewöhnlich Vater = spiel.  
Thut er ein harten griff / so geht er hart zu herzen  
Vnd bringt all' Augenblick nur schmerzen über schmerzen.  
Ach! solt' ein Mensch verlassen sein  
Was thät' er doch in seiner Pein?  
Wenn sonst kein trost da währ: er könte nicht bestehen.  
Er müste vor der zeit / in seiner Angst vergehen.  
Doch sey der Schmerz auch wie er sey /  
Wenn nur der Patient dabey /  
Als ein bewehrter Christ / gedultig sich erweise  
Vnd für die züchtigung Gott seinen HErrn preiset:  
So giebet in der höchsten Pein  
Auch Iesus Christ der HErr allein  
Trost / stercke / hilff' vnd krafft / daß Creus zu ober winden /  
Nach plag vnd trübsalen muß sich auch endlich finden  
Viel Wolfart / zu gewünschter Freud  
Vnd heilsamer gesprizlichkeit.  
Ihr habt / HErr Bräutigam / in den verwichnen Jahren  
Eins vnd das andre woll im Werck / selbst erfahren.  
Schawt / wie es iezo sich verhält!  
Weil ewre hoffnung war gestellt

Allein auff Gott den Herrn / muß euch hinwider scheinen  
Die Freudens-Volle Sonn / auff klagen vnd viel weinen.  
Derselben hell vnd klares Licht  
Bestrahl' euch stets! mehr wünsch ich nicht.

Ein anders.

mit Spring- oder Flüchtigen Versen.

Es kommen zwey Fromme verlobete Herzen  
Zusammen / nach vielen erlittenen Schmerzen  
Vnd kläglichem Weinen  
Bey vorigem stand  
Sich recht zu vereinen  
Durchs Ehliche Band.

Man Feyret zu ehren dem herrlichen Feste:  
Man schicket zur Hochzeit auff's möglichst' vnd beste:  
Die Köche die kochen /  
Der Kellner trägt zu  
Die tägliche Wochen:  
Werck haben ietzt ruh.

Ihr berget die Spille / sie bleibet verborgen/  
Der Rocken liegt stille / wie heute so morgen:  
Man schicket / zu Tischen  
Mit lieblichem Wein/  
Mit Wildpret vnd Fischen/  
Mit Speisen gemein.

Man höret der Geigen von weiten her summen //  
Posaunen erschallen / die Orgelen brummen /  
Die Musica klinget  
Gar lieblich vnd schön/  
Die Wolcken an schwinget  
Ihr süßes gethön.

Ihr Herren vnd Freunde seid frölich in Ehren /  
Erwehlet das beste die Freude zu mehren /  
Die itigen tage /  
Ein stücke der Nacht /

Soll

Soll werden ohn Klage  
Und Sorge verbracht.  
Herr Brautigam trachtet / in Liebe gefangen /  
Zustillen das lange das bange verlangen /  
Er gehet mit wissen  
Nun ehlich vertraut /  
Gar freundlich zugrüssen  
Die Liebe Frau Braut.  
Gott / welcher verbunden hat ihre Gemütter /  
Der segne sie ferner / geb' allerley Güter /  
Und laße gelingen /  
Das künftiger zeit  
Man möge besingen  
Den freundlichen Streit.

---


## APPENDIX

*A* Nte tibi fuerat fida & dilecta marita,  
Qua cum blanda tibi vita, Patrone, fuit.  
Quaeque etiam fecit chara te prole parentem,  
Prole, tibi & domui gaudia dante tuae.  
Hanc tibi, coelesti sic permittente Bynasta,  
Nuper surripuit mortis avara manus.  
Propterea illius per ternos flebile funus  
Lugebas annos, pectore sollicito.  
Sed cum nil homini conducatur luctus acerbus,  
Quin potius vita plura pericla ferat;  
Optimè agis, tadas quod praemeditere secundas  
Nunc viduam viduo consociando tibi.  
Propositum hocce tuum prudenti complacet omni,  
Credit & aeternum sic voluisse Deum.  
Hac eadem agnoscens vestigia sector eorum,  
Qui tibi gratanti carmine vota ferunt,  
Et precor: ut Dominus tibi det, sponsaque salutem,  
Quae duret nunc in perpetuosque dies.

In debita observantia significatio-  
nem adjecta, per

Samuelem Serpilium.







Umg. VI 6

ULB Halle

3

005 905 370



sb.

VD 77





placitumq; Jehovahæ  
Casovia ampla fovet,  
ra turba, latrones  
era carpit iter.  
oc, expresero verbis,  
dolosq; mali.  
um nuncius aures:  
vit adhuc.  
ine corpus,  
ma misla tubo.  
agmen Olympi  
dolosq; mali  
it  
fu  
n  
ch  
la  
ro  
n  
te  
te  
st  
O  
i  
A  
ib  
R  
s  
o



ta Dona 1101. M. E. M.

Aulæa

Subscripty II 2549

*Anagrammatico - Metrica*

*in Nuptiis Honoratissimis,*

NOBILIS ET PRÆCLARI VIRI,  
D. FONÆ SPILLENBERGERI,

In Lib. ac Reg. Civitate LEVTSCHOVIA,

Civis & Apothecarij percelebris,

secundum Sponsi,

&

Nobilis Lectissimæq; Fæminæ, Dnæ  
CATHARINÆ,

*Genere Koblynskiæ,*

Nobilis autem & Præstant. Viri, Dn.

*Michaelis Grefij, Civis & Senatoris quond. ibid. relicte*

*Vidua secundum Sponsæ,*

die XVI Febr. Anni M DC. XLVIII.

solenniter celebratis,

*In Amicitie fraternæ Symbol. contexta*

& appensa

Per

IOHANNEM SERPILIVM

Eccl. Caismarcen. Pastorem & Fraternitatis ad Inferi-

orem FL. Poprad. Seniolem.

LEVTSCHOVIAE Typis Breverianis.